

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

vocant, ab *civitatem innuo, obscure ostendo, latenter significo*: vt ænigma Cleobuli. *τις ὁ πατήρ τῶν δέ δυώδεκα. οὐ δὲ τὸ εἰκάσω τῶν δέ δυώδεκα τρίηκοντα*. *τίς εἶχεν στολὴν ιδεῖν, αὐτὸς αὐτῷ μέλαιναν*. *Αθανάτος δὲ τὸ εἴσοδον, διατίθεται ἀπαστολή*. Annus habet duodecim menses, quorum singuli triginta diebus constant, quæ assiduas vices candidæ lucis, & nigræ noctis sustinent, & cum quotidie dies præterita moriatur, tamen postridie noua redit. *Sindone* *τοιχία, lintea seu lineas vestes quotidianas*, *Ein leinen Kittel* / Matth. 27. Marc. 14.15. *Totidem tunicas* *τις, ἣν vestes mutatorias, feriales*. *Cumq[ue] adesset dia septimus* dies Sabbathi, incidens in quartam diem conuiuij. *Flebat ante eum*. Ut flerent oculos erudiere suos. Vna me hercle falsa lachrymula, quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, restinguet, sic viator leonis vincitur lachrymis mulieris. *Exposuit mulieri arcana*, *quæ statim indicauit ciuib[us]* *suo*. *Vt enim vnitas, dum manet vnitas, non spargitur in plura, sed vnum manet*: *cum primū autem duo fiunt: in infinitum multiplicantur: ita quod vnu scit, arcanum manet*. Statim verò cum alteri exponitur, arcani fines egredsum, inter plurimos spargitur. Nec debebat Samson, nec quisquam aliis, singulari ab ullo silentium, quod ipse præstare non posset. De mulierum blanditijs, perfidia & illecebris, initium Regulæ Cartusianorum qui volent, legendi cognoscant. *Ante solis occubitum* Nam initium diei duxerunt à vespero, seu occasu Solis, ut nunc Boëmi & Silesij.

Si non arassetis in vitula mea, &c.) בְּעֵדֶל תִּתְהַלֵּל, cum vitula, seu iuuencia mei. Eadem Germanici prouerbij figura seu similitudo est. Ein jeder soll mit seinem eygenen Ochssen pflügen: sicut rex Daniæ Christianus, principi cuidam bellum non necessarium fiducia peregrinorum auxiliorū moturo, dixit: Ich pflügen mein eneygen Ochssen. Delibero primū cum subditis meis, an sit mouandum bellum. Quorum consilio cum aliquid suscipio, auxilia etiam illorum fida & firma non desunt. Propositionem *חַיְרָה* ænigma seu questionem. *Bruit in eum Spiritus Domini* Diuino impulsu & adflatu concitatus, imperio in Ascalonitas facit. *Ascalonem* Vrbem Philistinorum, in qua vetustissimum Veneris templum claruit, cuius mentio fit Iud. 1. Ierem. 25. 47. Amos. Sophon. 2. Zach. 9. Fuit patria Antiochi Philosophi Academicī, præceptoris Ciceronis, Luculli, Varronis. *Iratusq[ue] nimis* perfidæ vxori suæ, quæ arcana reuelauerat. *Ascendit in domum patris sui* relicta vxore in Thamnata. *Num de amicis eius & pronubis* יְהוָה רַבָּר מִרְבָּה vnum ex sodalibus eius, quemlibi socium carissimum antea Samson delegerat.

Caput XV.

NXV.CAPITE in primis eminent & elucet historia prælii Samsonis MAXILLA ASINI mille Philistinos trucidantis. Quæ primū de misera ecclesiæ conseruatione & defensione lectorē docet. Ut populus suū à Philistinis oppressum Deus excitato bellatore heroico Samson protegit, & Philistinorū petulantiam reprimit: ita omnib. temporibus, Ecclesiæ suæ custos & tutor adest, & potenti dextera sua tyrannos coercet & repudiat, ne grassari in ecclesiam pro libidine possint. Discriumen etiā Samsonis, sine ullo exercitu & apparatu bellico, sine auxilijs militum & sine armis, solum mandibulam.

mandibula asini, Philistinos profligantis, & Ecclesiam defendantis: & aliorum ducum heroicorum, qui amplas equitum peditumque copias & exercitus, in prælijs laborum socios & adiutores habent, consideretur. Et si enim vulgo μιᾶς χερός ἀδενῆς μάχη, vnius manus imbecillis pugna dicitur: τὸ δὲ ἔχομενον οὐτε τῷ ὅπῃ τῇ ἐνόπε: nec quidquam sine socijs & aliorum auxilijs præclarum effici posse existimatur: tamen Samson, in sua vocatores non minus populi Dei salutares gerit, quam Alexander Magnus virtute phalangis Macedonicæ & equitatus Thessalici in prælijs præcipue confisus. vt nostro tempore equites Saxonici & pedites Hispani, præcipuum fortitudinis & industriae bellicæ laudem obtinent. Carolus V. Imperator solitus est dicere, se in comparando exercitu sumere caput ab Italibus; Brachia & manus ab Hispanis; Pectus à Germanis; Ventrem & pedes ex reliqua gentium colluuic.

II. Deinde, de CHRISTI prælijs & victorijs mirandis admonet, quibus omnes hostes suos vincens, & ex omnium linguarum gentibus, regnum Euangelio suo obediens, colligit & gubernat. Ut enim Samson, ita CHRISTUS SOL Iustitiae verus, non alijs armis, in debellando regno Diaboli, & colligenda, propaganda & regenda Ecclesia vtitur, nisi maxilla asini, id est, ore Apostolorum & omnium ministrorum Euangelion docentium: qui nec sapientes secundum carnem, nec nobiles, nec potentes in hoc mundo, sed omnium hominum abiectissimi & stultissimi a sapientibus mundi iudicantur, & ingenti mole dolorum, ærumnarum, odiorum, persecutionum, aliarumq; miseria rum onerati sunt. per hanc vocem Euangelij, in ore Christi, omniumque ministrorum sonantem, vere efficax est Deus ad salutem omni credenti, liberans à peccato & morte, & restituens iustitiam ac vitam æternam. Act. 11. Petrus loquetur tibi verba, per quæ saluaberis tu & domus tua. 1. Corinth. 1. Placuit Deo per stultam Euangelij prædicationem saluos facere credentes. 2. Corinth. 10. Arma militiae nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, &c. Hac mandibula semper Filius Dei, per Prophetas in populo Israël, & omnium temporum pios doctores, Polycarpum, Augustinum, Lutherum, præliatus est, & refutatis erroribus falsarum de Deo opinionum, abolito peccato & morte, veram de Deo doctrinam, veram iustitiam & vitam in mentibus audientium accedit. Ut autem Samson inter præliandum æstu & siti languefactus, precatione sua fontem impetrat, quo iterum reficitur & recreatur: ita Filius Dei, cum victimæ fieret in agone & morte, adfixus cruci, penè succubuit, luctans cum tentatione de abiectione, quæ mirandam hanc vocem (Deus meus, quare me dereliquisti) ipsi expressit. Sed tamen inuocans æternum patrem, exauditus est, διὰ τῆς Κλασθείας, propter reuerentiam patri æterno præstitam, vel ex metu mortis, ne succumberet tentationi de abiectione, & consummatus ac ex morte resuscitatus, omnibus qui ipsi auscultant, causa æternæ salutis factus est. Nouus etiam Fons ipsi ex maxilla asini, seu prædicatione Euangelij, per Apostolus corumque successores ortus, & Ecclesia amplissima ex gentibus collecta est, quæ Christum seruatorem suum recte agnoscens ac inuocans, & hostias cultuum spiritualium fide acceptas offerens, mirificè eum reficit & delectat. Ut nos, fraganti violæ aut rosa odore suauiter afficimur & recreamur. Hæc de principali capitilis huius historia primum monere volui. III. Nunc causas belii inter Philistinos & Samsonem renouati, initio capitilis expositas considerabimus. Sæpiissime enim

publicis calamitatibus & bellis, & totarum gentium ac regnum excidijs, occasiones, mulierum perfidia & libidines, ac coniugiorum violationes præbuerunt, vt Herodotus, in prima pagina, bellorum inter barbaros & Graecos seminarium primum fuisse mulierū Europæ, Io, Medeæ, Helenæ raptus, declarat. Ita hoc loco, proxima & προκαταρκτικὴ causa belli Philistini recensetur, Philistinæ vxoris Samsonis perfidia, quæ maritū suum, quem omnib. aliis ciuibus & cognatis suis anteferre debuit, Philistinis prodidit: & deserta fide coniugali marito debita, nupsit alteri. Quam iniuriam Samsoni illatam, parentes mulieris alteri eam tradētes cumularunt, nec Respublica vel magistratus Philistinorum, scelera hæc mulieris Philistinæ & parentum illius punivrant. Itaq; iustissimo dolore & indignatione Samson, aduersus socios & conciūm scelus illius approbantum vel certè non punientium, iniurias inflammat, bellum Philistinis, non priuato odio & furore arma capiens, verum vt magistratus & dux populi Israël, diuinitus vocatus, infert, & quacunque potest parte nocere, nocet. Iunctis igitur vulpium trecentarum cassis, & facibus inter eas ardentibus ligatis, segetes Philistinorum incendit. Esi autem Philistini, iuste Samsonem, iustum dolorem suum, ob erexit & alteri traditam coniugem, vleisci agnoscentes; adulteram & parentes illius, uero iudicio damnatos comburunt, vt Samsonem placent: tamen nondum ~~reuenit~~ illius heroica conquieuit, quod initio, cùm primū adempta ei fu^t vxor, scelus illud non vindicassent, sed persequens bellum à se inchoatum, humeros & femora Philistinorum, copias equitum & peditum firmis, ingenti clade affectas profligauit & deleuit. I V. Vulpes caudis iunctæ, & leges in agris accendentis, imago sunt Hæreticorum, multa heteroclitæ capita, & quot capita, tot sensus habentium, qui varijs ac diuersis, & inter se pugnantissimis opinionib. impijs, astutæ cogitatis, & speciosis colorib. fucatis ~~whan~~ λογίαις, κυνέαις, η ταρεγγίαις, puritatem veræ de Deo doctrinæ, & pacem ac concordiam ecclesiæ deuastant, & horribilia controværsharum de dogmatibus incendia, quib. conflagrant ecclesiæ: distractiones & odia inter Principes: & tandem bella, & calamitates, quæ bellū comitahtur ingentes, inflammat. Hæ vulpes, capitibus seu opinionibus & animis disiunctissimæ, ac filii mutuo inimicissimæ, tamē caudis colligatae, ad eundem finem pessundant, grum ecclesiæ, & vastationes ac dissidia incendendi, magno molimine tentant. Origines in Cantic. 2. paulo concinnius accommodat, Vulpes seu impios doctores ac hæreticos, à Samfone, seu sole iustitiae illuminato pio doctore, capi verbo veritatis: corumq; caudas colligari aduersantes sibi & aduersus se inuicem sentientes, pariter confutari, atq; ex ipsorum verbis ac dissertationibus, ignem in segetem Allophylorum immitti, & ex proprijs illorum argumentis omnes eorum fructus & vineas incendi debere. Eodem modo, quod in Canticis dicitur: Capite vobis vulpes paruulas, quæ demolunt vineas, ad autores falsorum dogmatum, adhuc paruulos & pusillos, prusquam conualecant, & pluribus deceptis factiones suas confirmant, inter ipsa initia, verbo veritatis capiendos ac reuincendos refert. Accommodat etiam ad hominis pij animam, in qua, Spiritus nequam Diaboli, immisis vulpibus prauarum cogitationum & adfectuum, florem virtutum à Spiritu D e i sancto in animis excultum, extinguere conantur. Hu ergo, dum adhuc paruulae sunt, priusquam radices in mentibus agant, & mala per longas inualuere moras, abiici & euelli, & principijs obstari iubet, δέχηται ιαδαγε τολμή λύσιον γέ τελεσιλ. Quod autem, vnde & quomodo tanu vulpium

vulpium copia, quæ rariores in his gentibus existere solent, capi tam citò à Samsonem potuerit? quæri à curiosis solet: scimus singulis regionibus, copiam rerum, quibus aliæ non ita abundant, diuinitus tributam esse, vt mutuis commercijs, & rerum singulis necessariarum communicatione, gentes multæ inter se deuinctæ colligentur, vt in Germania Rheni, Neccari, & Mosellæ ripæ, vitibus & vini fertilitate eximiæ sunt. Moscouia apibus & melle. Dania bobus: Frisia generosis equis: Anglia & Hollandia alicubi cuniculis abundat. In Creta nullæ sunt vulpes, vt nec in Aphrica cerui aut capreæ. Contra in Syria, cuius pars est Palæstina, magnam vulpium copiam esse scribunt, sicut in cantico Salomonis dicitur: Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, & vineæ nostræ florebunt. Tantus igitur illarum numerus erat, vt etiam vineas deuastarent, quarum vuis maturis maximè delestantur, ac earundem Nehem. 4. Psalm. 63. & alibi mentio fit.

V. Ius belli, quo incendijs, & direptionibus in fortunas & corpora hostium grassari, & quacunque ratione hosti incommodeare licere disputant, & hoc Samsonis facto confirmant.

VI. *De pœna Talionis*) Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Iusta malis hæc admisso pro crimine pœna est; Si quæ fecerunt, eadem patientur & ipsi.

VII. Insigne pietatis erga patriam exemplum. Samson enim, ne ciues suos exitiali bello cum Philistinis implicaret, se potius ligatum hostibus dedi, quod illi unum expetebant, quam ciuium suorum sanguinem fundi voluit, & de præsentia & auxilio Dei firmam & constantem fidem se habere declarat.

VIII. Carmen ἐπινίκιον Samsonis seu gratiarum actio post victoriam. Postremo, De vera Dei Inuocatione & precum exauditione doctrina repetatur.

TEXTVS.

ATIVLET ei hædum de capris) Ut eo munere vxorem, quam ob perfidiam iratus aliquantis per reliquerat, sibi reconciliatam arctius deuinciret, vel instaurato conuiuio amore redintegraret. *Putauit quod odiisset eam*) Ebraicè, Dicendo dixi, quod odiendo odiisset eam, certissime persuasus fui, te irreconciliabili odio eam persequi. Ideo tua asperitate & sauitia inducens, alteri eam tradidi. *Sed habet sororem*) Offert sacer, alterius filia inceps nuptias, expressis legibus diuinis, Leu. 18. & 20. prohibitas. Ideo iustissime eas Samson auersatur, & creptæ sibi vxoris contumeliam aduersus illius parentes & Philistinorum magistratus, delictum illud non punientes, vindicat. *Ab hac die non erit culpa*) Posthac culpa carebo, cum malefecero Philistinis. Ipsi enim priores atroci iniuria me laceſſuerunt. *Cepit triginta vulpes* ἤγρια à foueis in quibus degunt. Matth. 9. Vulpes foueas habent. *Faces* פְּנִימָה tædas, lychnos, seu titiones ardentes, Iud. 7. *Comportatae iam fruges*) Manipuli iam colligati & in aceruos distributi. *Combudderunt tam mulierem, quam patrem eius*) Impius quod metuit, hoc ei accider. Meruens perfida Samsonis vxor, ne patris ædes Philistini incenderent, prodit marium, atque ea ratione, qua auertere incendium volebat, potissimum illud attraxit. *Licet hæc feceritis*) Ebraicè: Si fecissetis sicut hoc: sed vindicabo me de vobis. Elliptica oratio est hominis irati. Si cum primum vxor mihi crepta, alteri traderetur, hoc modo pœnam de fontibus sumpſissetis, tum placatus adquieuiſsem. Nunc flagitium diu toleratum à Republica, diutius vlciscar, donec iusto dolori meo fuerit satisfactum.

Ita ut stupentes suram femori imponerent) יְהוָה יְהוָה Significat autem propriè totum pedem , à coxendice usque ad talos . Visitatè tibiam vertunt . יְהוָה Femur seu superior pars pedis , à coxendice usque ad genu , alicubi etiam armum & humerum vertunt . Alij igitur , pedites & equites , à Samsone profligatos , phrasí scripturæ notari aiunt , sicut in Psalmo : Non in fortitudine equi , nec in tibijs viri (non equestribus & pedestribus copijs) sed more & fide piorum delectari Deum dicitur . Alij nobiles & ignobiles , fortes & imbelles seu quoscunque obuios à Samsone percussos : alij tam in tibijs seu cruribus , quam femoribus ; wie er sic antraffe / id est , velicenter atque acriter , interpretantur . In spelunca petra Ethan) Mons & oppidum in tribu Iuda , per Roboamum postea munitum , 2. Paralip. 11. מִזְרָחַם calamus . Crebra verò huiusmodi speluncarum , quas homines & prædones incolere , & receptum in eis habere , soliti sunt , in Heliodori Aethiopicæ Theagenis & Charicleæ historia mentio fit . In maxilla asini , in mandibula apud asinarum deleui eos) Ebraicè , Cum maxilla asini , aceruum duos aceruos (חֲצֵבָה) cum maxilla asini percussi mille viros . Est autem insignis Paronoma in voce יְהוָה quæ & asinum & tumulum seu aceruum denotat , ita ut ventre possis , cum maxilla asini , asini asinarum , cum maxilla asini , mille viros percussi . Sed Ebræi plerique de cumulis & aceruis hostium , à Samsonefactis , intelligunt . Eleuatio maxilla) מִזְרָחַם Ramath LeHi , vel à תְּמִזְרָחַם ex cellum , collis maxillæ , vel proiec̄tio maxillæ , à תְּמִזְרָחַם proiec̄tio , excusit . Sitiensq; valde) Ut Rolandus , dux Andegauensis , Caroli Magni dux , & ei forore nepos , cuius statuæ in Saxonice vrbibus passim visuntur : post prælium Saracenicum , siti extinctus esse scribitur . Tu dedisti) Non mea virtute & fortitudine hanc insignem victoriam peperi , sed in solidum eam tibi Domino Deo meo acceptam refero . Molarem dentem) מִזְרָחַם foueam sui locum concauum , in quo erat dens molaris in maxilla . Nomen loci illius , Fons inuocantis de maxilla) מִזְרָחַם נִזְרָקָה p; En hakore , qui est in LeHi , in eo loco , ubi maxilla asini Samson Philistinorum fudit exercitum . Judicavit Israël in diebus Philistym) sub tyrannide & imperio Philistinorum , non enim integrè Israëlitas ex teruitate Philistinorum liberauit Samson , sed partiis quibusdam victorijs , tandem ipse in potestatem illorum redactus est .

Caput XVI.

Ap̄v s SAMSONIS viri summi , quem excellenti virtute , sapientia & felicitate D e s ornauerat : non modò de ingenti infinitate naturæ humanæ , etiam in præstantibus & heroicis viris , obnoxiae peccato ac morti , & leui occasione in tetra & horrenda scelera præcep̄s ruentis , verum etiam de ingenti bonitate & misericordia Dei , horribiliter lapsos , cùm per poenitentiam ad Deum redeunt , rursus in gratiam recipiente , nos commonefacit .

Primum enim , vt ethnica exempla præstantium heroum , qui maximis rebus gestis & insignibus partis victorijs , tandem voluptatum blanditijs fracti ac debilitati , turpissimis probris se deformarunt , Alexandri Magni , Herculis , Pausaniæ regis Spartani , Themistoclis , & similiū omittam : triplissima exempla summorum hominum in ecclesia Dei , primorum paren-

tum,